

Cap. XLII. Rubrica de duobus rasonnatis qui interesse debeant rationibus comunis. R.c.a.

5 **O**rdinamus quod in qualibet ratione comunis Tergesti dominium quod pro tempore fuerit habere debeat duos rasonatos, sive homines scientes facere rationem, qui homines facere debeant et chaulcare rationes comunis, et stare debeant donec ipse rationes erunt exsprete. ¶ Et ¹⁾ quodlibet dominium quod pro tempore fuerit ipsos rasonatos habere debeant, et con-
10 ducere ad dictas rationes fatiendas, sub pena vigintiquinque libr. par. pro quolibet potestate et decem libr. par. pro quolibet iudice et vice qualibet contrafacta. Qui rasonati habere debeant de camera comunis libr. tres par. pro quolibet ipsorum, etiam quolibet regimine quatuor mensium, pro omnibus rationibus
15 quas fatient in ipsis quatuor mensibus.

Cap. XLIII. Rubrica de pignora sive represalia concedenda et de modo observandi.

Prohibemus quod nulla pignora sive ¹⁾ represalia alicui civi Tergesti super aliquo forense concedatur, etiam si per
20 debitorem data esset creditori // licentia pignorandi per instrumentum aliquod factum manu alicuius notarii, nisi processerit de voluntate maioris partis maioris consilii. ¶ Salvo quod pignora aliqua dari non possint alicui super aliquo Tergestum veniente cum blado vel causa emendi vinum, nisi talis veniens
25 fuerit debitor principalis, remanente nichilominus statuto de fideiussoribus forensium in suo robore. ¶ Preterea, si qua pignora concessa fuerint per modum predictum alicui, quod ille cui talia pignora concessa fuerint comparere debeat coram dominio Tergesti, et dictum dominium Tergesti sibi dare debeat
30 duos bonos viros cum uno notario, qui cum ipso ire debeant ad dicta pignora fatienda, qui duo viri cum notario ipsa pignora sic accepta in suis manibus recipere debeant et ipsa per

¹⁾ Aggiunta marginale.